

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Antidotorvm Evangelicorvm D. Thomæ Stapletoni, S. Theol. Doctoris, & in
Academica Louaniensi S. Script. Professoris Regij, Pars Altera - In
Sacrosanctum Euangeliū secundūm Ioannem

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

Et Deus erat Verbum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39480

1. Et Deus erat Verbum.

EST conuersa locutio: Et hoc verbum erat Deus. In verbi diuinitas propria & naturalis cōtra Arianos manifestè asseritur. Vide August. de doctrina Christiana lib. 1. cap. 2. Pulchre Ambrosius ex tribus his sententiis tres pestilentis Lib. 1. de simas hæresis refutari docuit. Omnes (inquit) hæreses hoc ex fide cap. 5. pītulo breui pīscator nōster exclusit. Quod enim erat in principio, non includitur tempore, non principio praeuenitur: ergo conticebat Arius. Quod autem erat apud Deum, non commissione confunditur, sed manentis verbi apud Patrem solida perfellitio ne distinguitur, ut Sabellius obmutescat. Et Deus erat verbum. Non ergo in prolatione sermonis hoc verbum est, sed in illa calestis designatione virtutis, ut confutetur Fozinus.

9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

DVplex hīc difficultas est: vna quæ sit lux vera, altera quæ sit lux illuminatio & qualis intelligatur. Lux veia nomi-
nata ne alij Deum Patrem intelligunt, vt Ambros. de fide contra
Arian. cap. 3. alij de Filio seu Verbo vt Athan. in orat. quod
Deus ex Deo est verbū; Gregor. Nazianz. in orat. de fide; Cy-
rill. lib. 1. in Ioan. cap. 8. Chrysost. homil. 6. in Ioan. alij totam
Trinitatem, vt idem Nazianz. in orat. 5. de Theologia. Secun-
da expositio est iuxta literam, cūm circa vllum dubium de
eadem luce hæc verba dicantur cui Ioan. testimonium per-
hibuir. Illuminatio intelligenda est non naturalis, sed super-
naturalis, quæ fidei est, vt August. tract. 2. & Chrysost. homil.
7. in hunc locum exponunt. Lux enim, quam filius Dei incar-
natus attulit, est illa, quæ ad redēptionem nostrām pertinet,
de qua inītā dicer. Ego sum lux mundi, cap. 3. & 11. & quam
nebra non comprehendērunt, id est, quam increduli non rece-
perunt, quum lux naturalis rationis ab omnibus comprehen-
datur. Ergo filius Dei incarnatus omnes per gratiam illumi-
nat, & omnibus lucet, quantum ex se est, vt in hunc locum
Chrysost. quem sequitur D. Thom. lib. 3. cap. 159. contra Gen-
tes, & D. August. tradit in lib. ad articulos falsō sibi impositos
10. & post eum Prosper de vocat. Gent. lib. 2. cap. 24. & 26. Cal-
uinus, quum fateatur lucis nomine Christum intelligi, illu-
minationem tamen non nisi de communi natura luce, quæ longe
infia

Illumina-
tio quæ.